

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quâ tractatur de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, ac Sacrificio
Missæ, ...

Bosco, Jean a

Lovanii, 1667

Reverendo Patri, P. Joanni Bosco, Ordinis FF. Minorum, S. Theologiæ
Lectori Ivbilato, Iubilum de secundâ parte Sacramentalis de SS.
Eucharistiâ Theologiæ in lucem editâ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73377](#)

REVERENDO PATRI,
P. JOANNI BOSCO,
ORDINIS FF. MINORUM,
S. THEOLOGIAE LECTORI
IVBILATO,

Iubilum de secundâ parte Sacralis de SS. Eu-
charistiâ Theologiae in lucem editâ.

SPes rata, sors cælo est plaudente secunda. Secunda
Pars calamis, votis sæpè vocata, venit.
Sudat opus prælo, cui dû sudaverat Auctor:
Ne pigeat: pretium non leve sudor habet.
En liber assurgit, cui famam debeat ævum:
Ipse nec inficias hoc, puto, livor eat.
Nec tantum hōc nostrum tibi nominedebeat ævum:
Hōc quoque devincis postera sæcla tibi.
Humano nam dīa stylo sublimia pandis,
Quæ nos, quæque stupens orbis uterque legat.
Seraphicus majora choris lustrate, *Minores*:
Seraphici hæc lustrat lux nova Bosco chori.
Mirandum fuerat, natum sub tegmine carnis,
Sacrifici panis tegmine posse capi.
Tu captu majora capis; tu, quomodò VERBUM
fit verbis mystæ victima, *Mysta*, doces.
Hoc quoque mirandum est igitur, mirabile VERBUM
Posse latere tuo, posse patere libro.
Sed nil mirandum tibi, dum subtilia, *Scoti*
Atque AUGUSTINI lumine fretus, adis.
His ducibus pergas: ætas ac Ordo Minorum
Perget & ad Sophiæ, te duce, summa gradi.

Ponebat Gymnasium
SS. TRINITATIS Lovani.

- V E R B U M

DISPU-